

pus facendi: noli tuo silentio salutem humani generis suspendere, ecce ex ore tuo pendent in coelis angeli, hominum amatores; sancti patriarchoe ex limbo, in quo definentur, expectant verbum tuum quasi imbrem serotinum, imo omnia creatura ingemiscit, et parturit usque adhuc sub expectatione verbi dulcissimi, instar mellis ex favo oris tui distillant: adhuc labia tua sunt, sicut mel in favi cera delitescens: fac, ut sint favus distillans. Tunc labia beatæ Virginis distillare coeperunt mel dulcissimum illorum verborum, quod erat sub lingua Virginis: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*. Ad hoc ergo significandum, postquam dixerat Sponsus Virgini (Cant. 4): *Sicut villa cocinea, labia tua, continuo subiunxit: et eloquium tuum dulce*.

Rursus pulchritudinem colli suae sponsae intuens, singulari turris metaphora in haec verba illud commendavit (Cant. 4): *Sicut turris David collum tuum, quae aedificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*: vel, ut alii transferunt, *omnes adstrae fortium*. Scio quosdam Interpretes pro collum b. Virginis intelligere eius intercessionem, pro quam, sicut per collum a Christo capite, divina praesidia, ac coelestia munera in nos transfunduntur. Nec me lateat, alios expositores pro collum Virginis intelligere eius obedientiam: etenim proprium obedientis est, collum subicere ad obedientiam ingum suscipiendum. Novi etiam alios doctores pro collum beatæ Virginis intelligere eius fortitudinem, quia collum membrum est omnium robustissimum, utpote ex ossibus, nervis, et cartilaginibus compactum. His tamen omnibus expositionibus consulto omissis, ne quae latius alibi disseruimus, nunc repetamus; opinor, pro collum Virginis congrue accipi eius charitatem: nam sicut id proprium colli est, ut sit vinculum, et nexus corporis cum capite, ita charitatis, quam Apostolus vocat (ad Coloss. 3), *Vinculum perfectionis*: *Super omnia autem haec charitatem habete, quod est vinculum perfectionis*, corpus mysticum cum capite suo Christo uniat, et copulat. Sicut autem collum est supra totum corpus, et immediatius capiti, quam illud; ita charitas b. Virginis omnem purae creaturae charitatem superat, et nulla charitate Christi secundum perfectionem immediatior est. Cum autem addit (Cant. 4): *Mille clypei pendent ex ea*, reliquas virtutes intelligit, quae a charitate pendent, quibus christianis milites ad praedium armantur, impletes illud d. Pauli (ad Ephes. 6): *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli*: quod enim sunt virtutes in iusto, tot existima clypeos, ac tot bellica tormenta ad hostium defensionem, et offensionem. Quod autem ex charitate pendent virtutes reliquae, Inculcentur docent d. Paulus, dum (1. ad Cor. 13) dicit: *Charitas patiens est, benigna est, non cogitat malum, non aemulatur*. Ac tandem merito charitas turri etiam comparatur (Cant. 4): *Sicut turris David collum tuum*: quia sicut capta arce, et diruta turri, facile urbs expugnatur; ita charitate deperditam, civitas animae facili negotio ab hoste oc-

cupatur. Propugnacula vero, quibus turris haec defenditur, opera sunt in charitate facta, quorum exercitium si ab hostibus impediatur, nequam turris ab illis eam invadentibus liberari poterit, etc.

Tandem coelestis Sponsus, virginem Mariae ventrem pariter, et foecundum intuens, aervo tritici praeclare illum comparavit (Cant. 7): *Venter tuus, sicut aceruus tritici, vallatus liliis*. Hic sane non oportet in laudem b. Virginis ad spirituales ventrem voluntatis illius, quo innumera desideria sancta concipiebat, et totidem merita pariebat, confugere, cum proposita verba apte in corporalem Virginis ventrem convenient: etenim ex purissimo sanguine, quem beatissima Virgo utero suo, tanquam vera mater, ministravit Spiritui sancto, ad temporalem Verbi divini conceptionem, formatus fuit aceruus ille membrorum corporis Christi, quod frumentum fuit electorum. Laborabat fabre orbis universus, et panem parvuli pecebant, et non erat, qui frangeret eius; cuius rei figuram gessit Aegyptus, dum tempore Pharaonis, et Iosephi gravissima fame laborabat. Paravit Deus horream frumenti uberrimum, atque amplissimum, utrum nempere inlegerimus beatissimae Virginis, cunctis hominibus usque ad saturitatem sufficientissimum; quod aperte indicat, existimam beatæ Virginis foecunditatem, cum fructum protulerit aequalem illi, quem foecundissimus aeterni Patris venter ab aeterno peperit. Unde quidam ad beatam Virginem illa Proverbiorum referunt dicta (Proverb. 18): *De fructu oris viri Dei replentur venter eius*; fructus oris Dei eius filius est, ipso dicente (Eccles. 34): *Ex ore Altissimi prodit*. Hoc ergo fructu replatur venter beatæ Virginis. Quod autem addit, *Vallatus liliis*, virginitatem Marianae foecunditatis individuum comitem denotat. Etenim liliium virgineae puritatis symbolum esse meministi Propertius (lib. 4. eleg. 4), dum ait, virginem Vestalem Tarpeiam Diis suis solitam fuisse, ad suam virginitatem proflendam, lilia in sacrificio offerre:

Saepe tulit blandis argentea lilia Nymphis.

Quin et divus Hieronymus (in Psal. 44), cuius inscriptio est iuxta Hebraicam lectionem: *Super lilia, vel prae liliis*, ipse intelligit virginem. Quae inscriptio satis mihi videtur consentiens et, quam Vulgatus Interpres eidem Psalmo apponit: *Pro his, qui commutabuntur*: nam virgines videntur commutari in angelos. Unde ipse divus Hieronymus testatur, Psalmi illius expositionem ad beatam Virginem praecipue direxisse, eo quod in inscriptione eius invenisset: *Flores litorum*, quae virginitatis sunt symbola: quod idem non obscure delineatum cerno in columnis aereis, quas Salomon (3. Reg. 7) fieri praecipit ante vestibulum templi, super quarum summitatem nihil aliud apposuit, quam lilia, ad significandum castitatem, pro candida lilia significatam, tanti ponderis esse propter eius difficultatem, ut opus sit ad illam susulentandam fortissimis aereis columnis, hoc est, firmissimis divinae gratiae praesidiis,

HOMILIA VIII.

Deiparam Virginem divinae gratiae miraculum, ac beatum eius ventrem miraculorum officinam esse, aperte commonstramus, in illa eadem verba: Beatus venter, qui te portavit.

Primus, qui mihi videtur, Deiparam Virginem, miraculum appellasse, Ioannes est, dilectus Christi Domini discipulus, et eiusdem Virginis filius singulariter adoptivus, dum (Apoc. 12) vocavit illam magnum signum: *Signum, magnum apparuit in caelo, mulier amicta sole*. Signum enim in sacra Scriptura pro miraculo, et prodigio frequenter usurpatur: unde David (Psalm. 134) ait: *Misit signa, et prodigia in medio tui Aegyptae*: et (Aetor. 5): *Per manus autem Apostolorum fiebant signa, et prodigia multa in plebe*. In hac ergo acceptione vocavit d. Ioannes beatam Virginem, *signum magnum*, id est, grande miraculum. Et quidem, si vera est theologorum sententia, qui cum dicit Thoma (1. part. quaest. 103. art. 7. et in disp. quae de potent.) docent, miraculum duo importare, et quod sit aliquid superans totam facultatem naturae, et quod sit rarum, non frequens; iure optimo Deipara Virgo stupendum miraculum censeri debet, cum et dignitas matris Dei, et supernaturalia divinitus ei infusa charismata totam naturae facultatem longe transcendunt: et in eo, quod pariter sit mater, et virgo, ita rara, et unica esse perhibeatur, ut in hoc genere phoenix sit, ac sine exemplo, ad quod respiciens Sponsus dixit (Cant. 6): *Una est columba mea, una est amica mea*, et Ecclesia catholica canit: *Tu sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo*. Optimo etiam iure appellari potest Deipara miraculum, quia, sicut datur miraculum comparatione operum naturae, eo quod naturalem rerum ordinem excedit; ita b. Virgo comparatione operum gratiae miraculum censenda est, quia in genere sanctitatis fuit supra totum communem ordinem gratiae: adeo ut plus gratiae, aut gloriae sola ipsa obtinuerit, quam omnes sancti, et angeli simul, ut testatur d. Bernardus, qui postquam dixerat, b. Virginem adumbrari pro reginam Esther, quam adamaverit rex super omnes mulieres, et posuit diadema super caput eius, subiicit haec verba: *Istud est diadema speciei, et gloriae corona, qua b. Virgo super angelos coronatur, ut intra Trinitatis gloriam ipsa sola amplius sit coepta, ac plus sanctissimae Trinitatis diligit gloriam, cupiat, sentiat, ac fruatur, quam omnis alia pura creatura simul sumpta*. Sed, ut vestustiores alii Patres stupendam, ac ineffabilem b. Virginis sanctitatem altius considerantes, miraculum illam nuncuparunt. S. Ignatius (in Epist. ad Ioan.) appellat eam *coeleste*, si fas est dicere, *prodigium, et sacratissimum spectaculum*: et s. Ephrem (in orat. de Deip.) sic eam salutat: *Ave praestantissimum universi orbis miraculum*: d. Epiphanius vero (orat. Deip.): *O Virgo, inquit, san-*

quod et nomina ipsarum columnarum non obscure indicabunt; quarum una Iachin, altera vero Booz nominabatur; utraque autem vox fortitudinem significat. Quid plura? id ipsum e-liam liliū arbusculum manifestat, per illud virginitatem significari; tum quia candidissimos flores profert, tum quia postulat, esse intactum: nam si manibus contingatur, et contrectetur, praeter quam quod marcescit, quod commune est aliis floribus, fragrantem suum odorem amittit, quod proprium esse virginum, nemo est, qui non videat. Quia ergo b. Virgo semper intacta fuit, nullum alium tactum, quam illum Spiritus sancti sentiens, de quo ipsa: *Venter meus intumuit ad tactum eius*; idcirco merito virgineus beatæ Mariae venter liliū decoratur. Quod autem lilia ait vallare illum, plane significat, quod sicut civitate bene circumdata, strenuissimisque militibus undique vallata, hostis eam ingredi non potest; ita beata Virgo tot pudicitiae, et puritatis liliis undique tam anima, quam corpore, tam mente, quam sensu circumdata erat, ut nec minutissimus alicuius impuritatis pulvisculus eam subintrare quiverit. Unde pie noster s. Bernardus Busen. hunc eundem locum Cantie. versans (6. par. Marial. serm. 5. de partur. Mar. par. 2), inquit: *Vallatus, ait, quia venter eius liliis puritatis, et munditiae undique fuit circumdatus, ita, quod hostis in eius cor nunquam intrare potuit, nec aliquam impuritatem immittere valuit: nam intus inceniebat liliū puritatis, liliū castitatis, sursum liliū providentiae de futuris, retro liliū iustitiae de praeteritis, etc.* Vel dicamus aliter: lilia, quae circumdant virginem ventrem, esse sacras virgines, divo Ambrosio dicente (lib. de inst. Virg. cap. 15): *Christi lilia sunt specialiter sacrae virgines, quarum est splendida, et immaculata virginitas. Etenim virgineus ille venter principium fuit, et origo, iuxta et perennis fons, unde efficacissimo Deiparae exemplo, omnium virginum chori dimanarunt*. Vel tandem dicamus, si placet, per aceruum tritici, et lilia, maternam misericordiae viscera, quibus beata Virgo clientulos suos fovet, aperte adumbrari: nam in praesenti vita, tanquam navis insulitoris de longe portans panem suum, frumentum corporis Christi, quo cibemur, et alamur, nobis subministrat; in futura vero, liliū conditionem illam omnibus notissimam imitatur; etenim a terra praecisum non oliatur, sed innata sua virtute nititur complicatos flores, qui nondum eruperant, explicare, ut et candorem suum ostentent, et odorem emittant; ita Deipara Virgo, quamvis aliquando a terra iam praecisa, utpote in coelum iam assumpta, et cum filio coregnans, suorum non immemor, illos inde fovet, et auxilia multa impertitur, quibus suffulit, et snavissimum exemplaris vitae odorem emittunt, ac innocentiae suae candorem in Dei gloriam ostentant, iuxta illud (Math. 5): *Ut videam opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est*; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

clissima, quae exercitus angelorum in stuporem deduxisti: stupendum enim est miraculum in coelis: mulier gestans lucem in ulnis, stupendum miraculum in coelis: alter thronus cherubicus, stupendum miraculum in coelis: mulieris filius, qui, et ipsius, et saeculorum est pater: stupendum miraculum in coelis: thalamus Virginis habens Filium Dei: Deum sponsum, Christum, stupendum miraculum in coelis, Dominus angelorum, infans b. Virginis effectus est; haec Epiphanius D. Ioan. Damasc. (orat. 1. de nativ. Deip.) agens: O miraculum, inquit, omnium miraculorum maxime novum: mulier seraphinis sublimior effecta est, Deus visus est paulo minus ab angelis minoratus: sicut sapientissimus Salomon, nec iam nihil sub sole novum esse offret; haec ille; et merito, quia (Hier. 31) dixit: Creavit Dominus novum super terram, mulier circumdabit virum. Quare per nullam puram creaturam, imo nec per omnes simul sumptas, magis nobis innotescere arbitror divina attributa, quam per solam b. Virginem: nam si de sapientiae Dei thesauro, quem in Deipara exornanda Deus ostendit, agamus, ipsa Virgo sub typo domus, columnis septem suffultae, in plenitudine nimirum septem donorum Spiritus sancti, singulariter a Deo sapientia, non in aliorum usum, sed sibi peculiariter aedificatae, pronunciat (Prov. 9) Sapientia, inquit, aedificavit sibi domum, excidit columnas septem: quod de b. Virgine exponit Petrus Damianus (orat. 2. de nativ. Virg.), divus Bernardus (serm. 9. parisiis), et divus Bonaventura (in spec. b. Virg. cap. 6). De potentia vero, et bonitate Dei, quae in beata Virgine praecipue refulcet, virgo ipsa, quamvis humillima, Spiritus sancti impulsu in ea verba prorupit: Quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen eius, a potentia, et sanctitate Deum circumscribens, ac si diceret, quae in me magna conspiciunt, peculiariter proficiuntur ab eo, qui summam omnipotentiam, et sanctitatem, seu bonitatem in me ostendere voluit, et rursum (in Psalm. 47), qui solus de Virgine sub typo fundationis Hierusalem agit, omnipotentia, ac bonitas Dei, quem propterea magnum et laudabilem vocat, in beata Virgine praedicatur: Magnus, inquit, Dominus, et laudabilis nimis, in civitate Dei nostri. Beata Virgo enim ex divo Ioanne Damasceno (orat. 1. de dormit. Virg.): Civitas est Dei, et quidem Dei nostri, quia mater est filii Dei, qui ob susceptam ex beata Virgine humanitatem, peculiari ratione Deus noster dicitur. Quod etiam confirmat id quod sequitur: Deus in domibus eius cognoscitur, cum suscipiat eam. Deus duplicem habet domum, Ecclesiam militantem, et Ecclesiam triumphantem: tunc autem dicit David, valde cognoscendam esse Deum, cum b. Virginem in Ecclesia militanti in matrem, et in triumphanti in coeli Reginam suscipiet: atque ad haec respectientes sancti Patres, saepe maiestatem, et gloriam Dei per beatam Virginem nobis maxime innotescere inculcant. Etenim divus Bonaventura (in spec. bea. Virg. cap. 7) inquit: Opus Domini mirabile est Maria, de quo dicitur in Ecclesiastico: Vas admirabile, opus ex-

celis: vere opus mirabile, quia nusquam invenitur simile. Unde hoc dicitur: Non est factum tale opus in universis regnis, non in regno coelestium, nec terrestrium, nec infernorum: hoc enim opus plenum est Dominica gloria, quia supra omnem puram creaturam resultat, et refulcet plenissime in beata Maria. Nam praeceptor assumptam a Verbo naturam, nullum est opus, nulla creatura, in qua tanta divinae gloriae materia relucent, sicut in Maria: et infra: Plena est tota Maria relucente in se plenissime divina gloria; haec ille. Petrus Chrysologus (ser. 140): Quantum, inquit, sit Deus, satis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non stupet, animam non miratur, patet coelum, tremunt angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit, et una puella sic Deum in sui pectoris cavis, recipit, oblectat hospitio, in pacem terris, coelis gloriam, salutem perditit, vitam mortuis, terrenis cum coelestibus parentelam ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigit pensionem, pro ipsius veteri mercede conquirat, et implet illud Prophetarum: Ecce haereditas Domini, filii merces, fructus ventris: ita s. Chrysologus. Consonat his revelatio s. Birgittae (ser. angel. cap. 5), dum ait: Mundo creato adhuc unus minor mundus Virgo Maria coram Deo, qui omni venustate nondum creatus est, a quo maior gloria Deo, et angelis maior laetitia, atque omni homini eius bonitate frui volenti maior utilitas, quam de hoc maiore mundo provenire debebat. Ac tandem noster Galatinus (l. 7. de arc. cath. ver. c. 19), reddens rationem, cur b. Virginem Hieremias (c. 7) vocaverit: Solum gloriam Dei, ait: Quia sicut sedes ornata, ac regio more parata, sedentis magnificentiam, ac maiestatem indicat: ita Deus in Virgine ostensus erat gloriam suam, et claritatem.

Quare licet revera ad illius sanctitatis culmen b. Virgo pervenerit, ut soli Deo cognoscenda reservetur, iuxta illud (Ecl. 1): Ipse creavit illam in Spiritu sancto, vidit, dinumeravit, et mensus est; illud tamen solum pro corporis nostri tenuitate de illius eximia sanctitate, et dignitate cognoscimus, quod ipsa incomparabiliter magis Dei gloriam, maiestatem, et reliqua attributa nobis manifestat, quam totus simul creaturarum coetus. Et quid quae non manifestet, cum agnoscamus, quod illam post Christum in aeterna praedestinatione primum locum obtinere, atque adeo non solum a Deo electam, sed praeelectam, antiquis Patribus coelitus promissam, mysticis praefiguratam miraculis, prophetis vaticiniis praenunciatam, Sibyllarum oraculis honorifice praedicatam, Dei beneficio ex sterilibus parentibus ortam, qui ex voto nascituram prolem Deo dicaverant, ab angelo natiuitatem eius praedictam, ex qua tali generosa stirpe, patriarchali, propheta, sacerdotali, ac regia progenitam, ab originali peccato singulari privilegio praeservatam, a puncto suae immaculatae conceptionis ita in gratia confirmatam, ut ex suppositione potuerit peccare: fomite semper extinctum habuerit, nunquam saevientem membrorum legem, vel inferioris partis rebellionem senserit, rationis usum ab exordio suae conceptionis ac-

cepit, votum virginitalis ex tunc Deo nuncupaverit, ab eo instanti mereri inceperit, meritum etiam dormiendo non interraperit, omnibus non solum virtutibus tam theologis, quam moralibus, sed et cunctis gratis gratis datis a suae creationis primordiis fuerit exornata, trinitula in templo Deo ex voto consecrata, ibique sanctissime educata, infans absque humano adiutorio in templo ascenderit, ex divina ordinatione miraculo confirmata, sponsum acceperit; gratia plena ab Spiritu sancto obumbrata, et foecundata, filium Dei concepit, quem coeli capere non poterant, suo gremio portavit, atque adeo ad culmen dignitatis matris Dei evecta fuerit, simul mater, et virgo perpetua, et omnium virginum primiceria existerit, praegnatum laedum non senserit, filium suum absque dolore in partu, immo cum mira dulcedine ediderit, consuetudine, et familiaritate Christi per triginta tres annos usa fuerit, morti illius constans, summo pariter moerore confecta iuxta crucem adstiterit, ad humani generis reparationem singulariter fuerit cooperata, prima vidit Christum resurgentem et prae cunctis de Christi resurrectione gavisus, gloriosae ascensionis filii sui praesens, prae reliquis aliis, quando nubes abduxit eum ab oculis Apostolorum, usque in cacumen empyrei coeli ascendentem prospexit, tanquam Apostolorum magistra, varia ex divinatorum mysteriorum aerea arca pandit, dum superstes erat in hac mortali vita, templa suo nomine dicata agnovit, febris divini amoris aestuans interierit, Apostolorum manibus fuerit sepulturae tradita, in gloriam super dilectum filium suum in nitens conscenderit, et a dextris filii sui constituta, super omnes puras creaturas sedem habet; aliaque pene infinita mirabilia, quae Deiparam Virginem exornant, et etiam succinctorum eorum enarratio longum ultra modum exposcat sermonem. Unde recte quidam christianorum poetarum dixit:

Maiores, pluresque tibi debentur honores,

Sed quos non hominum, mensve, libere capis.

Cum ergo in beatam Virginem tot, ac tam stupenda miracula in unum confluerint, iure optimo sancti Patres miraculum uno ore nuncupant: nonnulli tamen non contenti gratiae miraculum illam appellasse, eandem etiam vocant miraculorum officinam. Etenim s. Andreas Hierosolymitanus (serm. in salut. Deip.) Verbi officinam, Arnoldus Carnotensis (tract. de laud. Mar.) Spiritus sancti officinam, divus vero Ioannes Damascenus (orat. 1. de nativ. Mar.) miraculorum officinam illam dixit. Certe summus ille miraculorum opifex Deus, cum sparsis per totum orbem terrarum miraculis, tanquam propriae potentiae suae praecognitionem videret sibi adhuc non plene suam ostentasse potentiam, ad faciendi miracula mirabilem artem, ac singularem virtutem suam commendabilior redderet, sacramentum Virginem extraxit, quae non solum portentosum miraculum, sed et miraculorum officina esset, ex qua inaudita, miracula prodirent, quae tam terram, quam

coelum stupefacerent. Equidem tot, ac tam innumera in solam Incarnationis Verbi divini mysterium in utero b. Virginis celebratum, confluerent miracula, ut vel hoc solum nomine, iure optimo, virginis venter miraculorum officina nuncupari debeat. Unde Isaias (c. 10), ineffabile incarnationis mysterium, consummatio, et abbreviatio dicitur mirabilium operum Dei, ut praecelare sancti Doctores expendunt; quorum nonnulla selecta testimonia hoc loco inserere non gravabor, cum copiose ea, quae in Verbi divini incarnatione ex beata Virgine admiratione digna sunt, recensent.

Sanctus Basilius Selenciae episcopus (orat. in Annunc. b. Virg.): Tunc, inquit, factum est mysterium, quod in hodiernum usque diem manet mysterium, neque unquam quodvis esse desinet: tunc creatura vidit, quod antea visum esse nunquam, nempe prolem, quae suae matris erat parens: inquam, qui genitricem aetate antecederat, puerum saeculis omnibus quae ante effluerant, antiquiorum. Et rursum introducit Deiparam filium suum. Deum hominem in una persona admittentem, et cum eo ita loquentem: Et quid igitur tecum dicebatur, lacte ne nutriam, an vero, ut Deum colam? ut mater curabo, an vero, ut ancilla adorabo? ut filium amplexu forebo, an vero, ut Deum supplex invocabo? hoc ne porrigam, an vero thymiana offeram: et quod hoc magnum, et aditum est miraculum? Coelum tibi thronus est, et sinus meus te complectus est: totus his praesto es, qui in inferno degunt, neque unquam tamen ab eis abas, qui in supernis vivunt; nec enim localis fuit tua illa descensio, sed divina quaedam submissio, et concensio. Celebra proinde tuam clementiam, sed non investigo tuam aconomiam: tale namque mysterium per illum patrum est, quale nulla prorsus lingua, aut cogitatio assequi potest; sic ille.

Divus Ioannes Damascenus (orat. 1. de Nat.) divinam veri Incarnationis miraculorum omnium caput, et Deiparam Virginem, miraculorum officinam, appellat: quarens enim, cur Virgo mater ex Anna sterili orta sit: Quoniam, inquit, oportebat ut ad id, quod solum sub sole novum erat, ac miraculorum omnium caput, via per miracula sternere, ac pulsatim ab humilioribus ad sublimiora progressus ferret; et infra, cum Deiparae uterum, quod Christum peperisset, et ubera, quod eundem lactasset, beata pronunciasset, exclamat in haec verba: O miraculorum miracula, et rerum admirandarum res maxime admiranda: et rursum, miracula in incarnatione recensens: O quot, inquit, miraculorum, et cuiusmodi foederum haec filiola, hic sterilitatis foetus officina extitit, divinitatis nimirum, et humanitatis, passionis, et impossibilitatis, vitae, ac mortis, ut scilicet in omnibus rebas, id quod inferius erat, a praestantiora vinceret; haec ille. Et iterum ad Deiparam sermonem dirigens, alia admirabilia recenset: Sane, inquit, res omnes conditas dignitate antecelavit, ex te enim sola summas ille opifex partem assumpsit, hoc est massae nostrae primitiae: caro ipsius ex carne tua, et sanguis ex sanguine tuo, et lac e mammillis tuis suavit Deus, et labia tua Dei labis unita

sunt. O miracula mentis captum, atque orationis facultatem excedentia; hucusque d. Ioannes Damascenus.

D. Bernardus (*hom. 2. super Misus est*), mellifluis suo eloquio, miracula, quae cum Verbum caro factum in utero virginis, tanquam in miraculorum officina peracta sunt, pulchre commemorat: is enim enarrans illud Hierem. (c. 31): *Novum creavit Dominus super terram, foemina circumdabit virum: Verbo, inquit, ad conceptum, partuque virginalem, si forte inter plurima nova ac mira, quae ibi profecto inspicit qui diligenter inquirat, etiam hanc, quam de Propheta protuli, reperiam novitatem. Porro ibi agnoscitur longitudo brevis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana, ibi agnoscitur lux non lucens, Verbum infans, aqua sitiens, panis esuriens; videas, si attendas potentiam regi, sapientiam instrui, virtutem sustentari, Deum denique lactantem, sed angelos reficientem; videntem, sed miseros consolantem; videas, si attendas tristitiam laetitiam, pavore fiduciam, salutem pati, vitam mori, fortitudinem infirmari, sed quod non minus mirandum est, ipsa ibi cernitur tristitia lactiflans, paror confortans, passio saluens, mors viciscans, infirmitas roborans, et inter haec novam foemina agnosce virum circumdantem. cum Mariam videas, virum approbatum a Deo, Iesum suo utero circumplectentem: vir igitur erat Iesus, nec dum etiam natus, sed sapientia, non aetate, animi vigore, non viribus corporis, maturitate sensuum, non corpulentia membrorum; et infra: Foemina circumdans virum, iuxta Isaiam, Virgo est concipiens Deum, vides, quam stupendum sit hoc unum de b. Virgine, et in Virgine factum miraculum, quod tot miracula praevenerunt? haec divus Bernardus.*

His consonat s. Bernardinus (*serm. 4. de vigili. Natio. Dom.*), qui cum enumerasset quaedam Dei opera naturalia, solis tinnitum ortum, et occasum, terrae foecunditatem, temporum vicissitudines, quae magna ab eo vocantur miracula, sed consuetudine viderunt; subiicit de admirabilibus operibus in incarnatione ex illo Isaias (c. 36): *Ianoea signa, et immuta mirabilia: O nora, inquit, miracula, conceptus fuit sine pudore, partus sine dolore, mutata est in Virgine nostra maledictio Ecae, peperit enim filium sine dolore, mutata est in benedictionem, sicut praedictum est per angelum Gabriellem: Benedicti tu in mulieribus: non solum sine pudore conceptus, et sine dolore partus, sed et mater sine corruptione. O vere novitas inaudita, Virgo peperit, et post partum in violata permansit; iam securus expecto pronisam mihi gloriam incorruptionis in carne mea, quandoquidem consecrata per eum est incorruptio etiam in matre sua: et infra: Crescunt miracula, multiplicantur divitiae, thesaurus aperitur; quae generat, et mater et virgo est, qui generatur Deus, et homo est; haec d. Bernardinus. Et sane maius miraculum fuit, ex d. Ambrosio (*de inst. Virg. c. 7*), et Theophylacto, Christum de Virgine nasci, quam eum a mortuis resurgere: illud enim fuit singulare in Deipara, mortuorum autem plurimi resuscitati leguntur; ideo Ecclesia catholica ad Virginem*

Deiparam ait:

To quae genuisti
Natura mirante tanto sanctum genitorem,
Virgo prius, ac posterius.

Sed iam alios audiamus velustiores Patres. Sanct. Irenaeus (l. 3. *adv. haer. c. 18*): *Unus, inquit, Christus Iesus Dominus noster veniens per universam dispositionem, et omnia in semetipso recapitulans, in omnibus autem est et homo plasmatio Dei et hominis; ergo in semetipso recapitulatus est invisibilis, et visibilis factus, et incomprehensibilis factus comprehensibilis, et impassibilis passibilis, et Verbum homo universa in semetipsum recapitulans, uti sicut insuper coelestibus, et spiritualibus, et invisibilibus princeps est Verbum Dei, sic et invisibilis, et corporalibus principatum habet in semetipsum primum assumens, et opponens semetipsum caput Ecclesiae, universa attrahat ad semetipsum apto in tempore: sic d. Irenaeus.*

D. Cyprianus (*ser. 3. de nat.*): *O Domine, inquit, quam admirabile est nomen tuum? vere tu es Deus, qui facis mirabilia: non modo mundi huius staturam admior, non stabilitatem terrae, cum eam complectitur volubile firmamentum; non singulos dies, non lunae defectum, et incrementum, non solem semper integrum, et laborem eius perpetuum, non temporum vicissitudines, in quibus quaedam aere, quaedam virent, et quae mortua modo videntur, deinceps revertunt: miror Deum in utero Virginis, miror omnipotentem in cunabulis, miror quomodo Verbo Dei caro adhaeruit, quomodo incorporeus Deus corporis nostri tegumentum induerit, miror in hac dispensatione tanti dispendia temporis, et tam lentos processus ad obedientiam Salutaris: in brevi poterat patriari negotium, et poterat tantus labor abbreviari ad solum Christi verbum, sicut factus mundus, et disposita cuncta ad eius imperium; sed elementario mundo dignior est rationalis homo, quod ex eo, quod in eius servitium facta sunt omnia, facile creditur: in ceteris quoque modo aliquae satisfaciunt rationes, hic solus ne complectitur stupor, et ex parte Habaeae cauo: Considerent opera tua, et ex parte: miror teinuum, miror tentationes, miror omnipotentem in sepulcro inuentum, miror occisum, et resurgentem. Haec sunt nova mira, quae praedixerat Hieremias: Novum fecit Dominus super terram, mulier circumdabit virum, oper suum faciet, et peregrinum opus eius, ab eo Iesus Christus heri, et hodie ante Luciferum genitus, initium carnis sumpsit ex beata Virgine, quem coeli coelorum non capiunt, qui circumdantur sui rasi infundens ezigio, sic est circumdata muliebri utero, ut universa ambiret implens omnia, excedens cuncta, intra se omnia continens, extra universa complectens, quem nos parvulum, propheta nuncupat virum: insimans, ei nunquam defuisse virtutem, sed semper vi-*

ritis aetatis affuisse fortitudinem quem infantilis infirmitas occultabat: opus igitur fecit, quod creaverat salvens, quod perierat, ad vitam revocans, quod mortuum erat, sed peregrinum opus fecit in Deo, quod Verbum factum est caro, quod factus est visibilis, et comprehensibilis, et mortalis; et peregrinum a maiestate, puer suguens ubera, et panniculum involutus, et sustinens convicia, Filius Dei in partibus constitutus; haec d. Cyprianus.

Sophronius (*serm. de assump.*) citans locum illum Hier. (c. 31) *Novum creavit Dominus super terram: Vere, inquit, novum, et omnium novitatum superveniens novitas virtutum, quando Deus, quem ferre non potest mundus, neque videre aliquis, ut vivere possit, sic ingressus est hospitium Virginis, ut corporis claustrum nesciret, sicut gestatus, ut totus Deus in eo esset, et sic exivit inde, ut esset, sicut Ezechiel faletur, porta omnino clausa; haec ille.*

Sanctus Leo (*sermon. 2. de nat.*): *Adventibus, inquit, temporibus, quae redemptioni hominum fuerant praestituta, ingreditur haec infima Iesus Christus Dominus noster, de coelesti sede descendens, et a paterna gloria non recedens, novo ordine, nova natiuitate generatus: novo ordine, quia invisibilis in suis, visibilis factus est in nostris, incomprehensibilis voluit comprehendere: ante tempora manens, esse coepit ex tempore: universitatis Dominus servilem formam umbrata maiestatis dignitate suscepit: impassibilis Deus non dignatus est homo esse passibilis, et immortalis mortis legibus subiacere. Nova autem natiuitate genitus, est conceptus a Virgine, natus ex Virgine, sine paterna carnis concupiscentia, sine matris integritatis iniuria; haec s. Leo.*

Hildep. (*lib. de Virg. Deip. c. 11*) Christi conceptionem omni miraculo mirabiliorem, omni opere potentiorum, omnique signo, ac prodigio augustiorem appellat: et merito quidem, quia cum beatissima Virgo esset praestantissimum orbis miraculum, non poterat non eius conceptio, et partus esse miraculosus. Unde et ipse Christus eius proles faletur se ex utero Virginis produxisse, factus prodigiosum miraculum, tanquam prodigium factus sum nullis, vel, ut vertit cardinalis Caietanus ex Hebraeo, miraculum factus sum nullis. Cum ergo Christus Dominus summum, et maximum omnium miraculorum sit, imo solus per antonomasiam, et per excellentiam, miraculi appellationem mereatur, et ex immaculato beatae Virginis Mariae utero, tanquam ex officina, ubi formatus fuit, prodierit, nemo sanae mentis inficiabitur, Deiparam Virginem excellentissimam quandam miraculorum officinam esse, imo et miraculorum abyssum, ut ingeniose dixit divus Ioannes Damascenus, innuens, in Deiparae Virginis utero tanquam in abyssu multa latere miracula, ad quae penetranda, propter summam eorum profunditatem, tam humanae, quam angelicae intelligentiae aditus omnino praecluditur. Andreas Cretensis (*orat. 1. de dormit. b. Virg.*) praeclare dixit: quom Dei tantum esse laudare pro dignitate, qui quae novit rationes, in ea tot fecit miracula.

CARTHAGENA de B. M. F.—Vol. III,

Ad extremum, quod et mirabilibus multo videri debet, ipsi etiam ethnici homines, immo et Turcarum princeps Mahomethus in Alcorano Azar (*cap. 31*) non dubitavit, perillustri miraculi nomenclatura Deiparam Virginem exornare: sic enim ait: *Deus illum fluvium suum manifestum gentibus miraculum posuit. In quibus verbis primo observo, vocasse illum absolute miraculum, non limitans illam ad miraculum in hoc, vel illo genere. Olim Aristoteles philosophorum princeps propter ratam, ac limpidissimam rerum naturalium cognitionem, miraculum naturae fuit cognominatum. Beatam autem Virginem non vocat ethnici ille miraculum naturae, sed miraculum absolute, ut significaret, illam non solum in ordine naturae, sed et in ordine gratiae miraculosam, ac prodigiosam semper exitisse. Secundo observo, vocasse illam miraculum non occultum, sed manifestum gentibus: quandoque contingit, ad praees aliquid sanctorum effusus infirmum repente in pristinum restitui sanitalem; propter varias tamen, quae occurrunt, dubitandi rationes, in quaestione vertitur, fuerit sanitas illa miraculosa, necne; tunc certe miraculum illud dicitur occultum, non clare patens: quando autem post manifestum alicuius mortem quispiam ad vitam revocatur, illud manifestum fuisse miraculum omnes proclamant. Hoc igitur interest discrimen inter beatam Virginem, et reliquos sanctos, quod illorum mirabilia multa in quaestione vertuntur; quae vero propria beatae Virginis sunt, et dignitati Matris Dei consentanea esse perhibentur, non oportet in disceptationem, et controversiam illa trahere, sicut specialiter d. Augustinus (*lib. de nat. et grat. c. 36*) de peccatis agens dixit: *Excepta sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, volo habere quaestione: quod ea sane ratione dixit, quia indicabat per se manifestum, in Matrem Dei cadere peccatum non potuisse. Tertio observo, dixisse beatam Virginem fuisse miraculum manifestum gentibus, quia revera non uni, vel alteri nationi, sed omnibus illis indiscriminationem, ad quae miras sanctitatis eius notitia pervenit, supra modum mirandam se exhibere consuevit. Experientia novimus, singulis regionibus singula quaedam esse mirabilia, quae licet illis communia sint, et non rara, aliis tamen pretiosa, et singularia habentur. Unde lacus, eius aqua nocturno tempore ebibita nocet, diurno vero nihil laedit, sed salubris est, ut cecinit Ovidius (*lib. Metamorph.*):**

Est lacus Arcadiae, pheneum dixere priores:
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potae, sine noxa in luce bibantur:

hic, inquam, lacus incolis illius regionis communis, et familiaris est, alienigenis vero rarus, ac mirabilis.

Plinius (*lib. 19. cap. 1*), et Strabo (*lib. 10*) referunt, quoddam linn genus, quod vivum vocant, in ignem missum non concremari, sed potius purificari: nobis certe rem mirabilem narrat, Cretensibus vero rem satis tritam di-

fantulum corpore contentum, fontem aquarum sitientem, et panem esurientem. Postquam autem Virgo sanctissima sic evertit domum, totius mundi gratiae drachmam invenit. In Nazareth, angelo ei dicente: Invenisti gratiam apud Deum, non tamen illam invenisti sibi solum, sed omnibus, quae Salvatore omnium, uberrimum fontem gratiae utero suo concipiat: quis quaeso id considerans, negabit beatum Virginis ventrem?

Praeterea, Mariannus venter fuit velut minutissima arx, ex qua prodit, qui Saran infestissimum humani generis hostem viriliter debellavit, et vires eius confregit; cuius tanti beneficii beato illo Mariae ventri necesse est debiores nos esse ingenuè fateamur. Iob (cap. 40) dixit Dominus: *An extrahere possis Leviathan hamo? et feno ligabis linguam eius? quasi dicat, nequaquam id praesalve poteris hamo, et fene humanae industriae, sed Verbi divini virtute, in utero Virginis incarnati: nam, ut d. Gregorius dixit (lib. 33. moral. cap. 10): In hamo Incarnationis Dominicae cetus iste ad omnium hominum mortem inhians, vitam pene omnium vorans, captus est: in Christo enim erat humanitas tanquam esca, quae ad se devotorem duceret, et erat ibi divinitas, tempore passionis latens, cuius aculeus mordentem cetum tenuit, et perforavit: dum enim ipse Christi mortem in se appetit, nos, quos quasi iuste tenebat, amisit; ita d. Gregorius. Addit etiam idem sanctus Doctor (cap. 12): Huic hamo lineam non defuisse, antiquorum nimirum Patrum propinque: cum enim dicitur: Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, et ceteri successores usque ad beatam Mariam Virginem desponsatam describuntur, quasi quaedam linea torquetur, in cuius extremo incarnatus Dominus, id est, hamus intelligitur, qui ad mortem ceti istius in hac aquarum profunditate caliginosa mira est dispositione suspensus.*

Quam autem apte hamo melaphora rei praesenti congruat, ex eo aperte liquet, quod, sicut hamus ferreus est, ne a pisce consumi possit, esca vero, quae illi apponitur, vermis esse solet; ita divinitas Christi, instar ferri invincibilis est, caro vero Christi, quae veluti esca fuit, huic fit composita hamo, quando in utero b. Virginis Verbum caro factum est. Vermis erat, ut in persona Christi dixit David: *Ego sum vermis: quod in sua conceptione, et passione satis utique innotuit: nam sicut vermis, ut adnotavit divus Ambrosius (in Psalm. 21), absque commixtione sexuum ex terra, et solis influenza gignitur, ita et caro Christi ex sola Maria, terra virginea, Spiritu sancto cooperante, concepta fuit: et quemadmodum vermis absque ulla commiseratione conculcatur, et interimitur; ita depositio omnium pietatis sensu, caro Christi Domini in passione fuit conculcata, ac turpissimae morti saevissimè addicta: et quemadmodum vermis crudeliter vexatus non stridet; ita et Christus in passione, sicut agnus coram tendente se obmutuit; et, ut ait divus Petrus (1. Pet. 2), cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur: et quemadmodum etiam, sicut vermis quamvis tenerimus, durissima perfolit ligna, et in minutissimos pulveres*

redigit; ita Christus Dominus durissimas daemonis vires attrivit, ac de tyrannide Fidelis persecutoribus triumphavit, ut praesalve adumbratum observavi in Davide (2. Regum c. 23), ubi postquam de eo dicitur fuisse quasi tenerimus ligni vermiculus, statim subdit sacer textus: *Ipse interfecit octingentos impetu uno. Verum haec victoriam non solum Christus obtinuit in bello cruento suae passionis, sed etiam in utero beatae Virginis, dum carne eius tanquam verme sit composita divinitatis hamo, mirabili industria fuit captus magnus ille Leviathan: quod, ne ex meo marle asserere videar, sacris Scripturis id comprobabo. Etenim divus Paulus (ad Hebr. c. 10) loquens de Christo, recens in utero beatae Virginis conceptio, inquit: *Ingrediens mundum, dicit, hostiam, et oblationem noluit, corpus autem optasti mihi: holocaustamala pro peccato non tibi placeverunt, tunc dixit, ecce venio: et continuo subiungit: In qua voluntate sanctificasti sumus per oblationem corporis Christi. Ecce aperte ait, de potestate diaboli ereptos sanctificasse per holocaustum illud quod in utero beatae Virginis dilexerunt, Deo Patri oblitit. Unde paulo post incarnationem, hanc infantis Christi victoriam decantans, inquit: *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mens cordis sui; deposuit potentes de sede. Quae verba intelligens divus Bernardus de victoria, quam Christus intra virgineum uterum latens, de immundis spiritibus in nostrae salutis beneficium luterat, haec praesalve scripsit (serm. 2. de Pent.): Christus substantialiter Virginis utero illapsus de Spiritu sancto conceptus est, ut conceptionem nostram mundaret, quam spiritus malus, si non fecerat, tamen infecerat, ut non esset etiam in utero cita ipsius otiosa, dum novem mensibus purgat vulnus antiquum, et scrutans, ut dicitur, usque ad imam putredinem virulentam, ut sanitas sempiterna succederet; et tunc iam operabatur salutem nostram in medio terrae, in utero videlicet beatae Virginis Mariae; haec d. Bern.***

Atque hinc est, quod cum Christus in utero beatae Virginis assuefactus daemone expugnare, cum primum ex sacro illo thalamo, in Bethleemico hospitio nato prodit, confestim satanae spolia detrahare coepit, iuxta illud (Isa. 8) vaticinium praedictis, nomen illius futurum esse: *accelera, spolia detrahare, festina praedari*. Primum spolum, ut adnotavit divus Irenaeus, fuit Ioan. Baptista, ad quem Christus Dominus in ferculo Mariani uteri delatus venit in montana Iudaeae, ut serpentem peccati originalis, quo daemone infantulum Ioanem sub potestate sua tenebat, foras eiecerit. Unde in signum expiati peccati continuo coepit prae gaudio infans Ioannes in utero matris tripudiare, et Christum in actionem gratiarum adoravit: *Ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultavit infans in gaudio in utero meo (Luc. cap. 1)*. Secundum spolum cultu ad sui adorationem pertraxit, ut docuit divus Augustinus (serm. 32. de temp.) dicens: *Debellaturus Christus universum orbem; et spolia, id est, Magos, qui spolia dicuntur*

*Samaritae, et aurum ab eis; quod est virtus Damasci, abstulit in hac terra, et nondum loquens per linguam, locutus est per stellam. Tertium spolum Christi infantis innocentes pueri fuere, ut sanctus Cyprianus (serm. de innocen.) tradit, nec non d. Aug. (lib. 3. de sym. ad Catechum. cap. 4), ubi ait: *Christus, qui in praesepio iacet, thronum Herodis terret, et agit per eum nescientes causas suas, et a captivitate diaboli animas liberat, suscepit filios inimicorum in numerum adoptatorum; nec pauca putanda sunt haec fuisse spolia, aut exigua hominum infantum praeda; etenim, quatuordecim millia fuisse testatur menologium Graecorum, et canon missae Aethiopum, ut habetur in tomo 6. bibliothecae sanctorum Patrum.**

Ad haec nemo ignorat, Christum Dominum infantulum manibus b. Virginis in Aegyptum inducunt simulacra Idolorum evertisse, ut praedixerat Isaias (cap. 19): *Ecce Dominus ascendet super nubem lecem, et ingredietur Aegyptum, et commovebuntur simulacra Aegypti a facie eius. Quae verba, licet d. Hieronymus (lib. 7. in Isa.) de ingressu Christi in Aegyptum huius mundi, super nubem levem beatae Virginis, nullo peccati pondere praegravatum interpretetur, tamen de peculiarium idolorum ruina in illa exponunt divus Athanasius (lib. de Incarn. Verb.), Origenes (hom. 3. in div.), necnon Eusebius (l. 3. de demonstr. Evang. cap. 20), ubi inquit: *Daemones praevalentes in Aegyptum per multa saecula in simulacris latitantes, animasque Aegyptium omni superstitionis errori adhaerentes, cum seipsos novam quandam divinitatem virtutem ad se accessisse, illico convulsi sunt. Nec solum tunc Christus infantulus simulacra Aegypti corrumpere compulsi, sed et desertis Aegypti talem, ac tam foecundam impertivit benedictionem, ut ex illis pene innumera sanctorum virorum examina prodierint. Quibus recte congruere pulo illud Isaias (c. 33): *Laetabitur deserta et inopia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium. Unde d. Ioannes Chrysostomus (hom. 8. in cap. 2. Mat.) dixit, tunc desertum commutatum fuisse in locum ipso paradiso praesalveiorum: Si quis nunc, inquit, ad Aegypti veniat solitudinem, paradiso prorsus omnem istam videbit creminem digniorem. Ecce, quam innumera bona virgineus b. Mariae venter, Christum concipiens, nobis peperit merito ergo propterea beatus nuncupari debet etc.***

Ceterum, ut haec ad mores nostros informandos converteremus, memento, quaeso, quod d. Iacobus Apostolus (in sua cath. epist.) dixit: *Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, et illictus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Nonne videlicet clarum, et periculosum oppositionem? Virgo namque Deum et hominem plenum gratiae, et veritatis concepit; nos vero per concupiscentiam concipimus malum: Virgo eundem Filium Dei, remanens ipsa virgo, mundo peperit; nos ex conceptu malo per plenum consensum parturimus tandem peccatum: Virgo per sumum partum salutem universo attulit mundo, et perpetuam vitam; nos ex nostro pernicioso partu mortem nobis ipsis afferimus, et nisi corri-*

gamur, in aeternam incidimus mortem. Hoc lamentabatur Isaias dicens (cap. 56): *Conceperunt laborem, et pepererunt iniquitatem, ova aspidum ruperunt, et telas araneas texerunt; qui comederit de ovis eorum, mortetur; et quod fotum est, erumpet in regulum. Quaesio singulas has divinas diletissimas metaphoras. Conceperunt, inquit, laborem: nam quisque peccator labores patitur maximos in concipiendo, et perpetrando peccato. Valli quae verbi gratia adulterati, quot difficultates, quot pericula subit; quot suspiciones, quot observationes, quot discrimina ingreditur: periclitatur in eo statim facultas, honor, fama, vita ipsa; dicant experti? subdit deinde, pepererunt iniquitatem, scilicet per plenum consensum, in ipsum peccatum incidunt: quare partus non fuit violentus, sed voluntarius; quomodo vero infelicem hunc partum in lucem edunt, explicat statim: *Ova aspidum ruperunt, telas araneas texerunt*. Quomodo enim viperam, materntem exulcerant ventrem, et matris necem inferendo, nascitur, ita peccatum corrodit, et lacerat animae viscera, aeternam inferens illi mortem; et sicut araneae sese eviscerant, et tenues illas, ac filices texendo telas, ad capiendas muscas solum aptas; ita miseri peccatores sese eviscerant, cuncta per peccatum dissipando animi bona, virtutes, opera, merita, gratiam, vitam, et gloriam in futura. Quod si inquiras, ut quid tot sumptus, et expensae: non certe ob aliud, quam ut temporalium bonorum, divitiarum, et voluptatum muscas apprehendant. Quod autem postea subiungit: *Qui vero comederit de ovis eorum, mortetur*, idem est ac si diceret: qui peccatis iam palam commissis, ad similia patranda peccata, pravo suo exemplo alios provocat, infelici morte morietur. Ac tandem cum dicit: *Quod fotum est, erumpet in regulum*, perinde fuit, ac si dixeret: cum peccatum in longam consuetudinem abierit, permultos trahit, instar reguli, sui sequaces. Satagite ergo, fratres mei dilectissimi, a pravis cogitationibus vos abstinere, sanctis cogitationibus imbui, ac bona desideria semper animo concipere, quousque formetur Christi honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA X.

Beata Virgo Christum Dominum ventre suo deferens mulieri Evangelicae, tria stata farinae commisit, cilibano, quo Eucharistiae panis formatur, ac ferculo Salomonis, illum nobis deferenti comparatur, in illa eadem verba: Beatus venter, qui te portavit.

Divus Bernardus (serm. 2. de Nat. Chris. Dom.) docet Desipram Virginem egregie admirari per foeminam illam Evangelicam, quae acceptum fermentum abscondit in farinae satis tri-

chae (*Gen. c. 41*), ut triticum huic mortali mundo pernecessarium in futurum sterilitatis septennium conservandum curaret, Pharaon in tantam dignitatem evehit, ut supra omnes eum constituerit, eique suum annulum, stolam byssinam, et torquem aureum dederit, atque super currum suum ascendere fecerit, clamante praecone, ut omnes coram eo genuflecterent, et praepositum esse scirent universae terrae Aegypti; nec quicquam absque Ioseph imperio fieri voluerit, eumque lingua Aegyptiaca, Salvatorem mundi appellavit; quanto quaeso magis Virgini Deiparae debitorem universus orbis se fateri tenebitur, quae panem vitae, qui de coelo descendit, quae a morte aeterna liberatur: *Qui manducal hunc panem, vivet in aeternum* (Ioann. c. 6), non in solum septennium, sed in omnem aetatem, nec uni tantum Aegyptio, sed nationibus omnibus in Ecclesia perpetuo permansurum: *Ece ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*, ex purissimo suo sanguine concepit, et lacte postea nutriti, ut merito Deus eam de mundo optime meritam in tantam sublimarum dignitatem, ut uni Deo sit secunda, dominique mundi, et dispensatricem divinarum gratiarum eam constituerit. Quare b. Laurentius Iustinianus (*ser. de Nativ. b. Virg.*), agens de sanctissimo Christi corpore, quod in Eucharistiae sacramento nobis proponitur: *Hoc, inquit, manna, quod in utero beatae Mariae repositum, ubique expositum, atque appositum, gratiam contemplant, quae tale exceptit munus, taleque genuit prolem, quae te corporis sui manna refecerit, inebriaret cruore, passione redimeret, morte sacretur; hucusque b. Laurentius Iustinianus.*

Ad extremum beatae Virginis venter, non solum fuit cibarius huius coelestis panis, quod fideles vescimur, sed et vehiculum, ut loquitur divus Gregorius Nicomediensis (*orat. de obl. Virg.*), quo nobis illum asportavit: facta quidem quasi navis institoris, de longe portans panem suum; sed nobilitati alio vehiculo, quam sit navis, comparavit illam Salomon Cantico (*cap. 3*), vocans eam ferculum regium: *Ferculum fecit sibi de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum*: quem locum de b. Virgine apte intelligi, testatur Andreas Cretenensis (*or. 2. de dorm. Virg.*), sanctus Antoninus (*4. part. tit. 15. cap. 44. §. 7*), Honorius (*in sigill.*), et Gulielmus (*in cap. 3. Cant.*): et merito quidem Deipara Virgo huic Salomonis ferculo comparatur, quam verus Salomon Christus, sapientia Patris, et pax nostra fecit sibi, hoc est in proprium usum construxit, ut in eius corde spiritualiter, corporaliter autem in eius utero atque alnis dignissimum gestaretur. Ligna vero Libani, ex quibus ferculum illud constabat, erant, ex Glossa interlineari, fortis, celsa, speciosa, odorifera, impatibilia, atque candida; et his quidem lignis singulares heroeicae, atque eximiae Deiparae Virginis virtutes, quarum aliquas in c. 21) attingemus, quibus eius spiritualis structura constabat, significatur. Beatae enim Virginis virtutes erant ad omnem hostium impetum sustinendum, et reprimendum fortes: proceritate sua coelo proximae spi-

rituali pulchritudine decorae, ad sui dilectionem, vel ipsum Deum, qui concepit speciem eius, suaviter allicientes, boni exempli odore fragrantales, contra omnem sanien, atque pudredinem divinitus ita munitae, ut essent protus inaccessibiles. Denique puritate sua, atque candore omnibus conspicuae, et illustres.

Columnae autem argenteae, quibus ferculum innitebatur, merito septem illae credendae sunt, quas divina Sapientia excidit, cum domum sibi aedificavit (*Prov. 9*), quae septem dona Spiritus sancti instar argenti nitidissima clare adumbrant, quibus ab Spiritu sancto movemur ad opera virtutis promptius excedenda, ut docet divus Thomas (*lib. 2. qu. 68. art. 1*). Huius ferculi reclinatorium fuit aureum; scilicet Deiparae uterus, qui regio decore, plusquam auro fulgebat, in quo per novem menses Christus Iesus est reclinatus: fuit etiam ascensus eius purpureus, quoniam ad altissimam in coelis sedem ascendit non absque laboribus, et pressuris: nam praeterquam quod iuxta d. Simeonis vaticinium acerbi doloris gladius, ob filii sui mortem, animam eius transverberavit; certe d. Bonavent. (*in medit. vitae Chris. cap. 3*), ex quadam revelatione refert, nullam gratiam, donum, vel virtutem b. Virgine obtinuisse absque magno labore, afflictione, et lacrymis, excepta gratia, qua primum in utero matris Annae fuit sanctificata.

Denique ascensus purpureus indicat regiam b. Mariae dignitatem, cuius insigne est purpura; quod, aulem subdit, *media charitate constravit, propter filias Hierusalem*, affectum charitatis, et misericordiae, quae coelestem hunc panem utero suo nobis de coelo delatit, et in quotidianum cibum praebet, aperte significat. Ut dicit b. Bernardus (*serm. 1. de assumpt.*) dixit: *Nemo dubitare potest omnino in affectum charitatis transisse beatae Mariae viscera, in quibus ipsa quae ex Deo est charitas, novem mensibus corporaliter requievit; praecipua tamen erga filias Hierusalem, eos nimirum, qui ad coelestem Hierusalem affectu, et desiderio aspirant: hi enim optiores sunt ad manducandum Eucharistiam, panem, cuius proprius effectus est, in vitae aeternae immortalitatem vescentes illos servare.*

Quod si quispiam hae interpretationi obicit, Salomonem in praedicto loco Cantico non dicere, ferculo illo portari nobis panem, sed gestari regem potius, id eandem interpretationem astruit, cum revera ipse rex Christus sit ipse panis, ipso dicente: *Ego sum panis vitae, qui de coelo descendi*. Unde et Ecclesia in invitationalio officii corporis Christi exorditur in haec verba: *Christum regem adoremus dominantem gentibus, qui se manducantibus dat spiritus pinguedinem*. Ecce rex ipse pinguedinem est cibus, ac coelestis panis ad reficiendas animas: quod sane, ut id obiter dicam, ardentem Iesu Christi erga nos charitatem aptissime monstrat. Unde non infamiae notae Doctores per charitatem in eo loco, ipsum regem Salomonem in media ferculi parte residentem, accipiendum putant, qui figurate, et amatorio more appellatur charitas propter eam, quam filius Hierusalem se illis communicando

exhibet: faveatque huic intelligentiae, quod alia versio habet, et medium tenet ipse accensus, quod vero addatur, *propter filias Hierusalem*, manifeste ostendit, voluisse portari in sacro virgineo utero ferculo ad conciliandum sibi amorem fidelium, coelestis sui corporis panem illis providurum; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XI.

Virgo Deipara a utero suo Dei Filium gestans arcae foederis, seu testimonii, ex antiquorum Patrum doctrina apposite satis comparatur, in qua similitudine varia b. Virginis encomia delitescunt, etc.

Universi Ecclesiae Patres beatam Virginem arcae nomenclatura frequenter exornant: nam, ut omittam divum Epiphanium (*serm. de Deip.*), Andream Cretensem, Gregorium Nicomediensem (*orat. de obl. Deip.*), Hedeiphosum (*serm. de assumpt.*), d. Bern. (*serm. de b. Virg. tom. 2*), Anton. (*4. part. tit. 15. cap. 2*), d. Bernardinum Senensem (*tom. 3. serm. 11. art. 1. cap. 3*), qui omnes, quandoque arcam legalem, quandoque arcam animatam, in cuius utero mater sanctificationis b. Virgine vocitant; apud d. Ioannem Chrys. (*in Liturgy*): haec lego: *Omnium Deus incarnatur in te, sacrosancta arca, ut dicitur iustus David: alludit sine dubio ad verba illa regii Vatis (Ps. 131): Surge Domine in requiem tuam, tu, et arca sanctificationis tuae*: apud d. Laurentium Iustinianum (*serm. de nativ. beat. Virg.*) haec etiam reperio: *An non Maria testamenti arca verissima divinis manibus fabricata, auro vestita mundissimo, virtutum gemmis ornata, atque impatibilibus lignis spiritualiter facta testamenti arca, tabulas, frontentem virgam, et suavissimum in se manna continuit? Accedit Esychius presbyter Hierosolymitanus (hom. 2. de Deip.), ubi loquens cum Christo, ait: Si tu es gemma, et illa est arca: immo Billius eruditus, divus Ioann. Damascen. (*sch. orat. 1. de nativ.*), affirmat, in veteri lege ea praecipue ratione arcam foederis in magno honore habitam, quod Virginis sanctissimae Messiae Matris figuram ac tyrum gereret. Quam autem adamussum vetus illa arca beatam Virginem adumbraverit, ex his, quae de illa sacra commemorant eloquia, praesertim (*Exodi 25*), nervose, ni fallor, comprobavimus, etc.*

Et quidem in primis inter ea, quae in templo ad Dei cultum spectabant, omnium primo, ut notat Beda (*lib. 1. de de tabern. cap. 4*), iussa est fieri a Domino arca; et inter omnia etiam templi suppellectilia, ut mensam panum propositionis, candelabrum aureum, altare thymiamatis, et pleraque alia his similia, arca testamenti principem sedem obtinebat, utpote quae collocata erat in sancta sanctorum: haec duo in beata Virgine praeuclent, nam sicut arca foederis, prius quam reliqua fuit fabricata, ita beata Virgo inter omnes puras creaturas fuit prima omnium praedestinata, ut ex

CARTHAGENA DE B. M. V. — Vol. III.

verbis Salomonis (*Prov. 8*) in persona Virginis dicentis: *Dominus possedit me in initio vitarum suarum, antequam quicquam faceret, ab aeterno ordinata sum*, perspicuum fit: etenim per vias opera Dei intelligi, aperte testatur David, nam postquam dixerat (*Psal. 144*): *Iustus Dominus in omnibus viis suis*, exponens quoniam essent illae viae, continuo subiunxit: *Et sanctus in omnibus operibus suis*. Unde divus Gregorius (*lib. 32. mor. cap. 18*) ait: *Quid nias Dei, nisi eius actiones accipimus, de quibus Propheta dicit: Non enim eius vias sicut viae vestrae*. Cum ergo ait, a Deo in initio vitarum suarum fuisse possessam, et ante reliquas creaturas factam, aperte significat, inter omnes puras creaturas primum locum habuisse in aeterna praedestinatione: et certe, cum Christus Dominus fuerit primus omnium praedestinatorum, et revera non fuerit praedestinus praecise ut homo, sed ut filius hominis, atque adeo, ut habiturus matrem, in cuius utero carnea assumeret; consequens est, beatam Virginem inclusam, et involatam fuisse in praedestinatione Christi Domini, et ideo inter puras creaturas primam simpliciter fuisse omnium praedestinatorum: potestem etiam locum deberi illi tam in Ecclesia militanti, quam in triumphanti, vel sola Dei matris dignitas, quae omnem dignitatem transcendit, satis utique probat. Unde d. Bernardus dixit (*serm. 1. de assumpt.*): *Nec in terris locus dignior utriusque templi, in quo filium Dei Maria suscepit, nec in coelis regali solio, quo Mariam hodie Martine virginitatis*.

Arca foederis fabricata erat ex lignis Sethim impatibilibus; id in b. Virgine minime desideratur; nam praeterquam propter excellentem confirmationem eius in gratia, omnia divina charismata divinitus ei infusa, corruptio nisi non erant obnoxia, quia virtutes omnes in ea erant inamissibiles, certe etiam putredini, aut rubingi levissimae etiam culpae subiacere non poterat, quicquid haereticis oblatent; quibus illud d. Ambrosii eloquium (*epist. 5. in edit. Rom.*) congruit: *Claudat sua ora perfida, obmutescat, nec matrem Domini aliquid quaeat temerare conceio*. Quare recte divus Bonav. (*in 3. distin. 3. part. 1. art. 1. q. 1*) dixit: *Congruat advocat generis humani, ut nullum haberet peccatum, congruebat, ut virgo ita vinceret diabolum, ut nec ei succumberet, ad modicum: congruum etiam fuit, ut sic esset immaculata mente, sicut imbecerrata carne*. Fuit tandem b. Virgo instar ligni Sethim, imo plusquam illud incorruptibilis, cum patredo humanae conditioni in poenam peccati data: *Pulvis es, et in pulverem reverteris*, in eam irruere non sit ausa. Unde noster Galatin. (*l. 7. de arc. c. 4. et 12*) ait: *Per ligna impatibilia, ex quibus constabat arca, significabatur, immaculatum b. Virginis corpus nunquam visurum corruptionem*. Imo si vera est quorundam medicorum sententia assentium, ita bene complexationa fuisse quaedam corpora humana, ut etiam humata longo tempore incorrupta fuerint servata; non est difficile intelligere, quomodo etiam absque miraculo incorruptum manserit in sepulchro corpus Deiparae, cum egregia adeo comple-